

a Rom. 4. v.
6. & 5. v. 9.
b 2. Tim. 4.
v. 8.
a Heb. 9. v.
15. 16. & 17.
1. Joh. 1. v. 7.
b 1. Pet. 2. v.
19.

perfectæ justitiæ morte Christi partæ im-
putatio a, & gloria coronæ justitiæ im-
positio b.

20 Fundamentum est sanguis a Jesu
Christi, agni illius immaculati, b olim qui-
dem per sacrificia præfigurati, constituto
verò tempore in hostiam in crucis ara ob-
lati.

21 Conditio est vera fides satisfactio-
nem & meritum passionis mortisque Chri-
sti in Evangelio prædicatum & promissum
apprehendens.

22 Finis est triplex; 1. ut fideles remissi-
onem peccatorum & salutem, quam in fœ-
dere legali nec sperare nec obtainere ullus
homo poterat, in Evangelico haberent.
2. ut omnes salutem non propriis operibus,
sed soli divinæ gratiæ atque misericordiæ
in Christo, olim per ceremonias præfigu-
rato, & adhuc crucifigendo, nunc autem
crucifixo, ostensæ adscriberent. 3. ut con-
stituti heredes gratitudinem tum erga
Deum testatorem, tum erga Christum me-
diatorem, juxta præscriptum legum divi-
narum legitimè vivendo ostenderent.

23 Neq; enim existimandū est, quia fe-
dus legale per gratuitum est abrogatum, &
gratuitū vetus per gratuitum novum quo-
ad circumstantias, puta amplitudinem tum

vō-